



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Consolator Fidelis Et Proficientis Animæ seu  
Exhortatiunculæ Spirituales Et Succinctæ In singulas  
Dominicas & Festa anni divisæ, quibûs Confessarius in S.  
tribunali animam Deum verè quærerentem paternè ...**

**Eisvogel, Veremund**

**Augustae Vindelic., 1727**

Die 24. S. Bartholomæus Apostolus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52716](#)

498 XXIV. Augusti. S. Bartholomæi Ap.

turbare posset fraternalm pacem , & charitatem. Studiō , & reflexā intentione frequentemus conversationem , bonos. que discursus aut incipiamus, aut ab aliis inceptos zelosè promoveamus. Quid charitate , & pace pretiosius in Christiana aliqua communitate? Ut consecremus, unam extraordinariam visitationem Sanctissimi Venerabilis hodie assumamus. Ecce ! in templo habitat, qui mandavit : *Pacem meam do vobis, non quomodo mundus dat, ego do vobis. Non turbetur cor vestrum, neque sor midet.* Joan. 14.

### Solemnitas S. Bartholomæi Galilææ , & Armeniæ Apostoli.

#### EXHORTATIUNCULA I.

**P**Ellem pro pelle! dilectem! Sic jubet Divinus amor. Exuamus veterem hominem , & induamus novum, seu spiritum Apostolicum S. Bartholomæi. Si cuti, si corpori nostro timemus, heu! nunquam virum induemus Apostolicum. Si non : Ad quid venimus?

Uc



Ap.  
& cha-  
ntione  
onos.  
ab aliis  
Quid  
aristia.  
secre-  
titatio-  
e affu-  
t, qui  
s, non  
vobis,  
e for.  
i Ga.  
Sic ju-  
as ve-  
vum,  
holo-  
emus,  
Apo-  
mus!  
Ut

XXIV. Augusti. S. Bartholomæi Ap. 499

Ut carni vivamus? Deo, & spiritui re-  
sistamus?

*Instructio meritoria.*

S. Bartholomæi amorem, & patien-  
tiam ut in nobis exprimamus, aliquem S.  
Rigoris actum hodie nobis statuamus  
cum consensu Patris spiritualis, cui adda-  
mus duodecim Pater & Ave cum Credo  
in venerationem duodecim SS. Aposto-  
lorum. Quod Apostolis, idem præ-  
stamus & Christo. Ubi cor unum, &  
anima una, ibi & plena bonorum par-  
ticipatio.

II.

Sathan in obsesso interrogatus: Quæ  
facies S. Bartholomæo? Respondit:  
Semper in eodem vultu, & animo latus,  
& hilaris perseverat. Unde tanta læ-  
titia? Quia non sunt condignæ passiones  
hujus temporis ad futuram gloriam, quæ  
revelabitur in nobis. Rom. 8. 18. Fili!  
Perbenè hanc novimus veritatem! Utinam & in opere!

*Instructio meritoria.*

Insurgit Melancholia, tristitia, tor-  
por, & nausea in spirituali vita, non ce-  
damus,

500 XXIV. Augusti. S. Bartholomæi Ap.  
damus, sed in principio resistamus lau-  
dantes cum Davide Dominum: *Bonum  
est, quod humiliaveris me.* Serenita-  
tem in mente, & corpore ut retine-  
mus, sub actuali commotione nec ver-  
bum loquamur; sic enim oleum af-  
funderemus igni. Potius Vespertas ex  
officio defunctorum recitemus pro de-  
functis, qui fortè ob iram graviter lu-  
unt in purgatorio. Redemptio ani-  
marum erit & redemptio nostrarum  
passionum.

### III.

**S** Bernardus considerans S. Bartholo-  
mæi pro fide constantiam, exclam-  
at: *Quò abiit spiritus apostolicus? quo  
humilitas? labores? zelus primitiva  
Ecclesie?* Sumus zelosissimi in rebus  
sæculi: at in rebus nostræ salutis, vel  
Divini honoris cæcutissimi.

#### *Instructio meritoria.*

Deploremus tot neglectos Spiritus  
Sancti instinctus, quibus ad opera vir-  
tutum heroica non raro nos vidivinâ in-  
citatos experti sumus. Satisfaciamus  
nos in sacro tribunali idcirco specialiter

accu-



Ap.  
ius lau-  
Bonum  
erenica-  
retinea-  
ec ver-  
um af-  
eras ex-  
oro de-  
iter lu-  
io ani-  
trarum

XXV. Augusti. S. Ludovici Reg. Gal. 501

accusando, & per octo dies actum sal-  
tem unum specialem exercendo vel in  
abnegatione appetitum, vel in afflictio-  
ne sensuum. Interim oremus *Lytani-*  
*as majores de omnibus Sanctis.* Nostra  
offendit inconstantia, quotquot Sancto-  
rum in se complectitur cœlum.

## Festum S. Ludovici Galliæ Regis.

### EXHORTATIUNCULA I.

**G**rande Regis Nomen in opinione  
hominum ! Sed sublimior honor,  
scire se, & suas passiones, atque con-  
cupiscentias potenter regere. *Quid*  
*enim tam regium* (interrogat S. Leo)  
*quam subditum Deo animum corporis*  
*sui esse rectorem.* Talis Rector fuit S.  
Ludovicus, qui in mediis Aulæ deliciis  
vixit Deo, & sibi præsentissimus. Ta-  
lia mirantur carnales.

### Instructio meritoria.

Nos potius imitemur ! Occasiones  
non desunt, modò nos non desimus  
fervori, & fortitudini. Ne excedamus  
tempore recreationis, aut corporalis  
solatii,